subtiliter referunt ad illã tẽporis seriem q̃ fuit a dauid vsq̃ ad aduentum dñi. Sed et ad illã congrue referri possunt. que a p̃mitiua cepit ecclesia. sicut em̃ sauli succes/sit dauid. Unde primo legit̃ de primis libris Regũ. sic demonũ cultui. cult⁹ vniusdei. ⁊ sic̃ regnũ dauid p roboã ⁊ Jeroboã in scissuras diuiditur vt loquit̃ in libris sequentibus. sic eccl̃iam scindit hereticorũ insania. Deinde sequunt̃ libri salomonis quia post pugnas hereticor̃ claruerũt in ecclesia sanctor̃ doctor̃ ingenia Postmodum sequit̃ liber iob. vbi agit̃ de p̃secutõnibus et consolationibus eius. quia quãtũuis in pace floreat ecclesia. temptatiões tamen non desunt spiritualiũ aduersariorum. quor̃ quanto est occultior pugna tãto difficilior est. sed gloriosior erit acquisita victoria. Rursus illud quoq̃ adijciendum est q̃ singulos menses p̃teritis possumus adaptare temporib⁹ Nã p ianuariũ in quo nouus annus inchoatur. tp̃s a diluuio intellig̃it̃. vbi mund⁹ renouat̃. Per februariũ in quo all'a deponit̃ illud tẽpus innuitur i quo vniuersitas linguar̃ ꝓfundit̃. Per martiũ in quo quadragesima sepius celebrat̃ illud tempus accipitur in q̃ dei populus in egypto affligit̃. Per aprilem vbi pasca celebratur vel obseruat̃ illõ tempus ostendit̃. in quo popul⁹ a pharaone liberatur. Per maiũ. in quo ꝗ pentheco. solennizatur. illud tempus recolit̃ in q̃ populus in terra p̃missionis gratulabat̃. Junius et Julius in quibus historia Regum legitur. regnũ saul ⁊ dauid cõmemorant. Augusti. in quo liber sapientie recitatur regnũ sapientis salomonis insinuat Reliqui quatuor mẽses. regna p̃ncipalia notant. babylonicũ quod est in oriente. p̃sarũ qd̃ est in meridie. grecor̃ qd̃ est in aq̃lone. romanor̃ qd̃ est in occidẽte. Igitur historia Job que legit̃ in septembri p duas hebdomadas regnũ exprimit orientis Unde ibi dicit̃. Erat vir ille magnus int̃ omnes orientales. Et legitur p duas hebdomadas. qr regnum illud durauit p duas annales hebdomadas. i. p bis septingentos annnos. Tot em̃ anni inueniũtur a tempore nini a quo regnũ babylonie inceptit vsq̃ ad cyrum regem p̃saruz in quo defecit. In reliqua parte septẽbris regnũ persarum innuitur quo circa due historie leguntur eo q̃ nunc de persis nunc de medis reges assumebantur. Historia machabeorũz que legitur in octobri. grecorũ significat regnum sub quibus machabei fuerunt afflicti. Per nouembrem ⁊ decẽbrẽ in q̃bus prophetie legunt̃. regnum romanorũ in quo christi religio viget accipitur Prophetie maxime de christo loquũtur. cuius natiuitas est in fine anni. sic regnuz romanor̃ in fine mundi.

Incipit liber septimus de sanctorũ festiuitatibus.

Postquã de diuinis officijs in generatq̃ de dñicis ⁊ ꝗ festiuitatibus ad dñm p̃tinentibus i specie p̃milim⁹: vtile est vt de officijs festiuitatũ sanctorũ aliq̃ in hac septima parte subijciamus. Sane ecclesia sanctor̃ festa multis de causis celebrat Primo vt eis vicem rependamus. qr ipsi iam celebrant festum de nobis. quia gaudium est in celo angelis dei ⁊ animab⁹ sanctis sup vno peccatore penitentiam agẽte Secundo quia eos honorando rem nr̃am agimus. nam eorum festiuitas nostra est. Unde apl's. Omnia vestra sunt vos ãt xp̃i. Charitas em̃ oia cõmunia facit Tertio vt habeamus eos intercessores p nobis. vñ legit̃ in. iij. ro. j. c. q̃ berh̃sabee qd̃ interp̃tatur puteus satietatis. i. eccl̃ia triũphãs impetrauit filio suo regnũ Quarto vt eos imitemur. p eor̃ ei exẽpla ad eor̃ imitatõnẽ p̃uocamur. Quinto ppt̃ augmẽtũ nr̃e securitat̃ ⁊ ad dei spei sl̃euationẽ. Si em̃ hoies mortales nobis sil'es potuerũt ita p̃ sua merita sublimari. ⁊ nos sil'r poterim⁹

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

qm̃ manus dñi nō est abbreuiata. Sexto
ppter honorē diuine maiestatis. qm̃ illos
honorādo. in eis honoram⁹ ⁊ mirabilē p̄-
dicamus eū q̄ ipos sanctificauit. Septio
vt visa eoꝝ pulcritudine ⁊ mundicia con
fundat hō de pctis suis. ⁊ terrena cōtem-
nat sicut ⁊ ipi fecerūt. Octaua ⁊ principa
lis cā est. qz sanctoꝝ dies anniuersaria in
eoꝝ honore nobis ad memoriā reducit p
pter nostrā vtilitatē. qm̃ in eis honoram⁹
deū. Ipi nanq̄ cū sint pfecte bti. ozōnib⁹
nostris nō indigent. qz oia eis ad votum
succedūt. imo iniuriā facit martyri q̄ pro
martyre orat. Johes etiā damascen⁹ ī li.
iiij. c. vij. ponit alias rōnes quare sancti ⁊
parit eoꝝ corpa siue reliquie debeant ho
norari. q̄rū q̄dā sumūt q̄tū ad eoꝝ digni-
tatē ⁊ quedā q̄tū ad corpoꝝ ipoꝝ p̄ciosi-
tatez. Dignitas quadruplex est. qm̃ sunt
amici dei filij dei heredes dei ⁊ duces no-
stri. De primo Joh. xv. Jā non dicā vos
suos ⁊c. De secundo Johā. j. Dedit eis
ptātē filios dei fieri. De tertio roma. viij.
Si aūt filij ⁊ heredes. De q̄rto ita dic̄. Si
quisq̄ multū laborat ducē inuenire q̄ eu⁹
alicui rei mortali adducat ⁊ p eo ad ipum
xbū faciat. quātomagis duces generis hu
mani q̄ p nobis ad deū interpellatiōes fa
ciunt honorandi sunt. tēpla illis erigēdo.
⁊ eoꝝ memoriā venerādo. Quātum ad cor
poꝝ ipoꝝ xo p̄ciositatē manifestādā po-
nit etiā idē quatuor rōnes. Nā ipa sancto
rū corpa fuerūt pmptuaria dei tēplū xpi.
alabastrū spiritual' vnguenti fontes diui
Et Aug⁹. addit quātū. s. organū spūsscti.
Circa pmū di. Hi em̃ sunt pmptuaria dei
cenacula spiritussancti. De scdo dic̄. Qm̃
p intellectū in corporib⁹ eoꝝ habitauit de
us. Unde apls. Nescitis qm̃ corpa vestra
⁊c. Deus aūt spūs est Honoranda q̄ sunt
animata dei tēpla. Homo quidē delectat
in edificatione muroꝝ. deus xo in conuer
satione sctōꝝ. Unde ps. Dñe dilexi decorez
domus tue decorē. s. quē p̄stat diuersitas
non marmoꝝ sed gratiaꝝ. Circa tertiū di
cit Si ei ex rupe aqua manauit in heremo
⁊ ex maxilla azini samsoni sitienti. nequa
q̄ incredibile est ex martyrū reliquijs vn-
guentū bene olens emanare sitientib⁹ dei
⁊ sanctoꝝ virtutem. Circa quartum dicit
Isti em̃ viuentes in veritate cū libera pre
sentia deo assistunt ⁊ fontes nobis saluta-
res dominatoꝝ xp̄s sanctoꝝ suoꝝ prebuit
reliquias multoformia beneficia irrigan-
tes. Circa quintū dicit Aug⁹. in li. de ciui
tate dei. Nō sunt ꝓtemnēda. sed plurimū
reuerēda sanctoꝝ corpa. q̄bus dū adhuc
viuerēt spiritussanct⁹ q̄si q̄busdā organis
ad omne bonū vsus est. Unde apls. An ex-
perimentū querit ei⁹ q̄ in me loq̄tur xp̄us
Itē Ambro. in exam̃. Hoc est p̄ciosissimū
q̄ hō diuine vocis fit organū ⁊ corporali-
bus labijs celeste exprimit oraculū. Est
aūt quadruplex differentia sanctoꝝ noui
testa. quos p anni circulū colimus. Sunt
em̃ apl'i martyres confessores ⁊ virgines.
⁊ hi ꝓm Rabanū p quatuor mundi ptes
significant. Per orientē apl'i. p meridiem
martyres. p aquilonem cōfessores. p occi
dentē virgines. Licet aūt festiuitates san
ctorū celebrande sint ⁊ in eoꝝ memoriam
altaria cōstruenda. nulli tm̃ eoꝝ vel etiam
angelis ꝗ soli deo sacrificare debem⁹. Ne-
mo em̃ antistitū in locis sanctoꝝ corporū
assistens altari aliq̄n dixit offerrimus tibi
petre aut paule aut cypriane. sed quod ꝺo
offertur q̄ sanctos coronauit offert apud
eorum memorias quos coronauit vt ex ip
sorum locorū amore maior affectus assur-
gat ad augendā charitatē in illis q̄s imita
ri possumus ⁊ illo adiuuāte possum⁹. Nec
em̃ ipsi sancti vel angeli exhiberi sibi vo-
lunt. qd̄ vni deo p latriā exhiberi norunt.
Unde Paulus ⁊ barnabas cū q̄dam mira-
culis p eos factis cōmoti ipsis tanq̄ dijs
immolare voluissent. ꝓscissis vestib⁹ confi
tentes se hoies mortales ⁊ nō deos esse. ꝗ
fieri vetuerūt. Et sic in apoc. legit angel⁹
iobem ipm in visione adorare volētē. prohi-
buit dicens Vide ne feceris frat em̃ tuus ⁊
ꝓseruus fratrū tuoꝝ sum deū adora. Jaz
em̃ xp̄s erat sup angelos exaltat⁹. Antea
xo legunt angeli adorari vt dictū est ī q̄r
ta pte sub quarta pticula canonis sup ver
bo Fuitut. Et mardoche⁹ noluit amā ado
rare. qm̃ ille dīnā sibi voluit adoratōz im
pēdi. Honorādi sūt q̄ sctī ppt imitationē
nō adorādi ppt religionez. Honorādi sūt
charitate nō Fuitute vt dictū est sup dctō
xbo Fuitutis. Tribus aūt de causis sctōs
rogamus put dictū est in p̄cedenti pte sb
ti. de rogatōib⁹. Et nota q̄ stādo sctōs ro

gare debem⁹ vt dictũ est in phemio quin te ptis vbi ꝑ rñsorio agit. Porro dierum alij sunt pfesti alij festiui siue solēnes Porro festi sunt q̃ nulla spāli celebritate insigniti sunt. q̃si pcul a festo. Et nota q̃ hebrei aliter denomināt dies septimane. ⁊ alit̃ gentiles ⁊ eoꝝ p̃sbri ⁊ alit̃ xp̃iani. Hebrei denoiant oēs alios dies a sabbato q̃ apd̃ eos p̃cipuus hr̃. vñ die sequēte p⁹ sabbatũ vocant pma sabbati aliā scdam sabbati. et sic ꝑ reliq̃s. septimā vo die vocāt simplr sabbatũ ⁊ qñq̃ sabbatũ sabbatoꝝ. sextā feriam vocāt pasceue a para qd̃ est p̃ ⁊ sceuen qd̃ est structio quasi p̃structio seu p̃paratio. qr tũc iudei p̃parāt cibaria ad op⁹ sabbati. iuxt̃ qd̃ eis p̃ceptũ fuerat ꝑ manna. s. sexta die colligat̃ ex eo duplũ. qm̃ i sabbato nõ licebat eis cibos p̃parare sic nec mãna colligē. Nos vo h̃ nomē qd̃ ē cõe cuilibet sexte ferie. appropriam⁹ ille de sexte ferie q̃ est prime añ pasca p eo q̃ tunc p̃paratus est cib⁹ siue manna q̃ ⁊ ecclia militãs mõ ⁊ triũphans i futura reqe pfruet̃. Et nota q̃ pasceue est nomē grecũ ꝗ iudei ꝓpter varias captiuitates int̃ grecos dispsi q̃dã vocabula a grecis sumpserũt vt pasceue ⁊ synagoga ⁊ alia quedã. Gentiles aũt tã vulg⁹ q̃ phi denoiant dies a planetis. Vñ fm eos pma dies ꝑ dies sol. scda dies lune ⁊c. q̃ noia sacra scriptura nõ recepit lz hodie vulgari vsu teneãt. De hoc dicet in pte octaua vbi agek ꝑ septimana Nempe vulgus ideo eos sic denomiabat qr solē lunã martē ⁊ alios planetas a quibus dies denoiabant deos esse credebãt. Philosophi vo ideo qr hec sunt noia planetarũ ex quorũ motib⁹ ⁊ naturis oia sui vegetationē fm illos trahunt. Christiani vo duos dies tanq̃ pprijs designāt noibus. Nã sabbatũ simplr sabbatũ vocāt p pter autoritatē hebraici fmonis ⁊ sequentem die dñicã vocāt ppter sui puatũ. de q̃ iã dicet. vel qr sic in Apoc. vocat vbi dicitur. Iohannes dñica die post missam solēnia descendit in defossum sepulture sue locũ. Posset etiã dies dñica prima feria appellari. Piem vo post dñicã sequētē apellant scdam feriã. aliã tertiã feriã. ⁊ sic ꝑ alis diebus vsq̃ in sabbatũ. interp̃tat em̃ feria quasi dies solēnis a feriãdo dicta. vñ prima dies septimane dies solēnis ē. Vocantur q̃ ferie a feriando qr toto tpe a vicis feriare. i. vacare debemus nõ q̃ sit a necessarijs vite opibus feriandũ. Vel dicit a fando. i. loquendo. qm̃ sicut legit̃ i gen. Dñs dixit ⁊ facta sunt. Siquidē beat⁹ silueſter nolens imitari iudeos q̃ dicunt prima sabbati ⁊c. nec gentiles q̃ dicunt dies solis dies lune ⁊c. adinuenit hoc nomē feria. in fine tñ septimane fuauit sabbatũ p pter premissam rationē. vel ppter figurã. qr sabbatũ interpretatur requies qr tunc dñs requieuit ab omni ope qd̃ patrarat. Vnde ⁊ nos p totã hebdomadã. i. p totũ tēpus vite nostre qd̃ pcurrit p spacium septem dierum debem⁹ laborare ⁊ niti summo conamine vt ad requiē ⁊ btitudinē p ueniam⁹ Dies q̃ tripliciter denominãtur. Primo fm se. vt dies lunc dies martis ⁊c Scdo iuxta vsum ecclie vt prima feria secunda feria ⁊c. Tertio fm menses. et hoc etiã tripliciter. Primo modo kalen. pdie kalen. iij. kal. Scdo mõ ydus. pdie ydus. iij. yd⁹ Tertio mõ none pdie non. iij. non. Dñica vo diee pmatũ obtinet ⁊ maiorez int̃ alios dies. qr in illa xp̃s annunciatus fuit ⁊ resurrexit. ⁊ in apl̃os spiritũsanctũ misit. ⁊ deus mũdũ. i. celum ⁊ terrã in illa fecit. ⁊ in eodē quoq̃ die vt ꝑ mũdus dissoluet̃ Dicit̃ q̃ dñica ppter gaudiũ dñice resurrectiõis qd̃ in ea celebram⁹. Licet ãt quedã dñice oibus alijs sint supiores vicz pasca ⁊ penth. ⁊ h̃ ppter resurrectionez ⁊ spiritussancti misstonē. tñ ⁊ quinq̃ alie pnci pales dicunt̃ ⁊ solēnes in q̃bus officia mutant̃. s. dñica pma ꝑ aduētu dñi. dñica i octauis pasce. dñica in octauis penth. dñica q̃ cantat̃ letare hierlm. ⁊ dñica i ramispalmaꝝ Addũt etiã quidã sextã. s. qua cãtat̃ Inuocauit me. Quedã etiã alie dñice dicunt̃ priuilegiate q̃bus vicz historie sunt appropriate. Et nota q̃ sunt quidã dies p̃uilegiati in tpe quadragesime vicz quatuor quarte ferie. s. quarta feria in capite ieiuniorũ ⁊ quarta feria sequētis hebdomade. ⁊ quarta feria que est p⁹ letare hierlm ⁊ quarta feria añ cenã dñi. Itē q̃tuor sabbata vicz sabbatũ prioris hebdomade. qñ ordies celebrant̃. ⁊ sabbatũ quarte. ⁊ sabbatũ quinte. ⁊ sabbatum in vigilia pasce. Itē tres dies dominice. s. Inuocauit me. et Letare hierusalem. ⁊ dñica in ramispal

marū. Itē vna ḡnta feria. ſ. cene dñi. Itē vna ſexta feria. ſ. in paſceue. Itē tota vna ſeptimana. ſ. vltima q̄ maior dr. put ſb dominica d ramiſpalmarū dictū eſt. De q̄buſ priuilegijs in locis ſuis dictū eſt Et nota q̄ paſca ⁊ penthe. ſunt hebdomadarie feſtiuitates vt dictū eſt in. vj. pte ſb ti. d ſeptē diebus poſt paſca ⁊ ſub penthe. Incipit aūt dies naturalis fm egyptios ab occaſum ſolis ſiue in pncipio noctis. ⁊ durat vſq̄ ad veſpam ſequētis diei. iuxt illd. Et factum eſt veſpe ⁊ mane dies vnus. Scdm plas ⁊ grecos ⁊ fm cōem vulgi vſum. incipit mane ab ortu ſolis. Scdm romanos a media nocte. Scdm atheniēſes ⁊ fm arabes ⁊ aſtronomicos a ſexta diei hō. Quoſ oēs varie imitamur. qm̄ quo ad celebratōnes diuinor officior incipit dies i veſpis iuxta illud. A veſpa in veſpam celebrabitis ſabbata veſtra. q̄ ad treuge obſeruatōnē in ortu ſolis. q̄ ad cōtract incipit dies ⁊ finit in media nocte. quo ad eſuz carniū poſt cenā vſq̄ ad diluculū q̄. ad iudicium incipit ⁊ terminat ſero in fine diei añ noctis tenebras. Cōputatio aūt egyptior va videt cū cōtineat ortū ⁊ occaſum ſignorum. Pōt tm̄ dici q̄ fm eccliam incipit i media nocte. qr tūc verus ſol. ſ. xps ort est iuxta illud. Dū meditū ſilentiū ⁊c. vel veri i veſperis vt pmiſſum eſt. qr nox pceſſit. dies aūt appropinquabit. lz aūt naturalit dies peedant noctes. tm̄ in nocte paſcali fit ecōuerſo. vt dictū eſt i. vj. pte ſb ti. d ſabbato ſctō. Solēnes vo ſeu feſtiui dies ſunt in q̄bus a quolibet ope ſeruili in honorē dei et ſctōr abſtinendū eſt ⁊ diuinis laudib insiſtendū. Et eſt notādū q̄ ſolēnitas eſt cōmunit inſtituta celebritas p aliq̄ progatiua. Et dr a ſolon qd eſt cōe vel a ſoluto. id eſt firmo atq̄ ſolido qr ob religionē mutari nō dz. Vel dr ſolēnitas ex eo q̄ fieri ſolet in anno. Celebritas vo vocat. qr ibi m̄ terrena ſ ſolū celeſtia agunt. Solēnitas aūt alia eſt feſtiuitatū. alia ſtationū. alia letaniar. alia ieiunior. d quar ſingulis videamus. Solēnitas feſtiuitatū q̄ eſt mors ſanctor plurib noibus deſignat. Vocat em̄ feſtiuitas feſtū celebritas. natiuitas. natalis vel natale ſiue nataliciū transit ſeu exitus. obitus. paſſio. aſſumptio. depoſitio. ⁊ obdormitio. Feſtiuitas dicta eſt a feſtis diebus quaſi feſtiditas. eo q̄ in eis ſola diuina res agit. q̄bus contrarij ſunt faſti in quib ius fat. Dicit q̄z feſtiuitas quaſi ſācti natiuitas. Natiuitas ppie dr feſtū illius natiuitatis q̄ eſt in carne ⁊ in mundo. ⁊ fm d dr tantū xpi natiuitas. ⁊ btē Marie ⁊ bti Joh. bap. quor tantū natiuitates in eccleſia celebrat. Quare ſcti dicant i morte naſci iā ſequit. ⁊ dicet vbi d octaua agetur. De celebritate iā dictū eſt. Natal vo vel natale vel nataliciū dr migratio ſctōr ab hoc ſeculo. q̄a tunc naſcunt deo ⁊ celo ad gliam ea natiuitate q̄ tendit ad vitam eternā. indifferent tm̄ iſta accipiunt. Trāſitus dicitur feſtū de morte ſanctor. quoniam anime illorū a corporibus exeuntes p ignota ſibi ⁊ diuerſa loca trāſeunt. vt p celū aereū ⁊ ethereū ⁊ criſtallinū vt tandē pueniant ad empyreum. Et nota q̄ maior eſt feſtum tranſitus alicui ſancti. q̄z aliqd aliud de illo. vt dicetur ſub feſto aſſumptionis. Obitus dicit qr tunc angeli veniūt obuiam anime. vt legit de beato Martino. Paſſio dr qr tunc maxime corpus patitur. ⁊ etiā anima qm̄ p violentiā ab inuicem ſepant. ⁊ obit vniuſcuiuſq̄ pōt paſſio notari. qr ſine amaritudine ⁊ ſine violētia quadā nulla ania de corpe tollit. Aſſūptio ppie dr tranſitus btē marie. Depoſitio ppie dr depoſitio bti Joh. euā. q̄ vt pmiſſum ē locū ſepulture viuus intrauit. et ita ſeipm depoſuit. Obdormitio ve dr mors ſanctor q̄ſi quies. Nā ſicut q̄s poſt ſomnum integer ⁊ validior fit. ſic ſancti ſine difficultate reſurgūt in corporib glorificatis quaſi a ſomno euigilantes. Unde dominus d lazaro mortuo dixit. Lazarus amicus noſter dormit. Unde apls Nolumus vos ignorare de dormientib ⁊c. Dicitur de ſtationibus videre. Statio aūt fm Iſid. eſt obſeruatio ſtatutor dierr vel temporū Dierū vt quarte ⁊ ſexte ferie ieiuniū ex veteri lege pceptū. de qua ſtatione in euāgelio. ieiuno bis in ſabbato. i. in quarta ⁊ ſexta feria ſabbati Tēpor que. ſ. legalibus ac propheticis inſtitutōnibus determinatis tēporibus ſtatuta ſunt vt ieiuniū menſis. quarti. quinti. ſeptimi ⁊ decimi. Vel ſicut in euangelio dicitur. Dies illi in quibus ablatus eſt ſpōſus Statio quoq̄z vocatur proceſſio ad aliquam eccleſiam ad

exoluēdū ibi grās ꝺo facta. ⁊ ꝺr statio. qr tūc stantes orare ⁊ grās deo psoluere. nō flexis genib⁹ debem⁹. nec ieiunam⁹ tē nec in eis suplicatiōis voces fiūt. q̄ oia cū vestibus humilitatis in letanijs fiūt. Videt aūt stationes a veteri lege initium habuisse qm̄ tūc populus iudeor ⁊ etiā multi gentiles ꝯueniebant in magnis solennitatib⁹ scz in pasca ⁊ penth. vt ibi orarēt in tēplo ⁊ deo grās psoluerent ⁊ offerebāt. qꝰ adhuc obseruat eccl̄ia p̄sertim ytalie. vbi in hebdomadib⁹ pasce ⁊ penth. ꝓ̄ls de opidis ⁊ villis adiacentib⁹ ciuitatib⁹ ꝯuenit ad eccl̄iam ep̄alē. Alie stationes a romanis habuerūt initiū. q̄ eas maxime frequētāt q̄ cū intercessiōib⁹ sanctor q̄z suffragia implorabant pericula euasissent. cū ꝓcessiōe veniebant ad eccl̄am illius sancti cui⁹ patrocinio fuerūt liberati. laudes deo cū ḡti arūactionibus psoluentes. Isi. dicit i. vj. ethimo. ꝙ statio ex militari exēplo nomē accepit. ꝓ eo ꝙ nulla leticia castris obueniente stationē ꝯtristatio militū rescindit. Sunt aūt due species stationū. alie nanq̄ sunt generales alie pticulares. Generales sūt q̄ in predicti duab⁹ septimanis ad matricem eccl̄iam fiunt. Particulares sunt q̄ in diuersis ecclesijs fiunt ꝓ p̄dicta causa. Fiunt q̄z quādoq̄ obseruatiōis causa. nl̄ la alia causa intercedēte. vt cū in festo alicuius sancti. ad eius ecclesiam vadit processio a maiori ecclesia. Fiunt etiā cum in festis diebus ad diuersa altaria cū ꝓcessione ob sanctor venerationē venim⁹. In stitutō ḡ stationū ex p̄dictis liquet hoc tñ addito. qm̄ sicut romani pro vitandis suis periculis statuerūt suas stationes in vrbe sic ⁊ alij in suis ciuitatib⁹ ob causas similes stationes instituerūt. In diebus āt stationum voces seu cantica leticie cantātur vicz responsoria vel antiphone vl̄ aliquid hmōi. Qñq̄ etiā tūc missa celebrat i ecclesia ad quā vadūt. ⁊ qñq̄ nō. sed post stationē oratione finita redeūt. Et nota ꝙ ꝓ̄ls p̄mo ꝯuenit in aliqua eccl̄ia vicina illi in qua debet esse statio vt dictū est in q̄rta pte sub ti. ꝺ oratione. Nempe btūs gregorius qui stationes in vrbe ordinauit. xx. omelias euāgelij diuerso tpe in illis dicē/das ꝺclarauit. alias ꝙ stomacho lacesce te. alijs ꝓnunciandas cōmisit. De solennitate letania r̄. i. vj. pte sb ti. ꝺ rogatōib⁹ dictū est. Nota tñ ꝙ stationes fiūt ꝓpter p̄terita picula. Letanie ꝙ q̄ rogationes vel suplicationes interp̄tant fiūt ꝓ piculis euitandis vt p̄missū est. De solennitate ieiunior ⁊ de vigilijs sanctor dictū est in. vj. pte sub quarta feria q̄rte dñice ꝺ aduētu. Hoc etiā nota ꝙ natale dñi festū est patris qr p eū filius innotuit mūdo. In b ci apparuit charitas dei ꝙ nobis dedit filiū suuz. sicut dicit b. Johes festū tñ patris: filij est ⁊ spiritussancti. In b em̄ ꝙ ꝺr verbū intelligit pat verbi. ⁊ etiā alia rōne. qr. ſ. filius patrem manifestauit mūdo. Pasca ꝙ est festū filij. qr tūc xp̄s a mortuis resurrexit ⁊ verus deus apparuit. Et nota ꝙ solēnitas pasce anthonomasice ꝺr solēnitas solennitatū sic ꝺr sancta sctōr ⁊ cantica cāticor eo ꝙ alia sctā ⁊ alia cantica excedunt. inde est ꝙ oēs dies dominicos reciprocamus. i. oms dies dñice sunt octaue huius festi. Pr̄ etiā festiuitas festiuitatū. tū qr p̄ma est oīm festiuitatū tū qr oēs hac dñica cōicare dñt. In q̄busdā tñ loc̄ q̄dlibz magnū festū pasca vocat q̄si trāsitus qr ꝺ vicijs ad ꝙtutes trāsire debem⁹. Pentheco ste est festū spūssancti. ⁊ quelibet istar solennitatū est solēnitas totius trinitat̄. qm̄ indiuisa sunt opa trinitatis. lz vt p̄missū ē quelibet istar magis vni q̄ alteri appropetur. Nō est etiā ignorādū ꝙ ꝓ̄ls israeliticus tres principalit celebrabat solēnitates p̄mū erat phase siue dies azimor qꝰ ē pasca. qr tūc de⁹ eos liberauit a ptāte pharaonis de ꝙuitute egypti. ⁊ a pcussiōe angeli linitis postib⁹ de sanguine agni imolati Nō em̄ fuit dom⁹ alicui⁹ egyptij vbi mortui nō iacerent nisi dom⁹ iudeor vbi nullus mortuus est. Secōm erat penthe. qr tē susceperūt legē vt dictū est in. vj. pte sb ipso festo. Tertiū scenophegia in septembri qꝰ ex greco interp̄tat dedicatio siue fixio tabernacnlorum. popul⁹ em̄ israeliticus. xl annis in tabernaculis habitauit. in cuius rei memoriam iudei hoc festum celebrant quasi in tabernaculis degentes. scenos ei grece tabernaculū dicit. Hec festa que septem dieb⁹ protelabantur p̄cipua dicebātur. ⁊ sabbatum qꝰ interueniebat dicebatur sabbatū sabbatorum. i. sabbatū sctōr Verū supaddiderūt ⁊ alia festa ob euen-

tus varios vt encenia qd celebrabant he-
brei i hieme. s. i octobri ⁊ vocabāt encenia
nouā dedicationē tēpli. Cenon ei grece dr
nouū latie. Vñ qñcūq; aliqd nouū fuerit
dicatū encenia vocat. nā ⁊ si qs noua tu
nica induit enceniare dr. nos aūt duo illo
rū fuam⁹. s. pasca ⁊ pente. ⁊ alia rōne q̄ il
li. ipi ei celebrabāt pasca. qr tūc ab egypti
aca fuitute liberati sunt. nos vo qr tūc p
xpm redēpti sum⁹. Illi celebrabāt pēthe.
qr tūc susceperūt legē. nos vo qr tūc spm̄
sctm̄ accipim⁹. Itē illi suscepert legē in ta
bulis lapideis ad duricīā cordis notandā
extrinsecus scriptā. qm̄ vsq; ad spiritualē
lre intellectū nō ptingebāt. ⁊ spūsctūs da
tus est. lxij. discipul' i corde digito di spi
ritualē intelligētiā eis dictāte. Scenophe
giaz et qdāmō celebram⁹ i ascēsiōe dñi qa
p tabernaculū intelligim⁹ corp⁹ dñi i q sb
humanitate ditas latuit. iuxt illud ps. In
sole posuit tabnaculū suū. Hoc itaq; tab/
naculū xps in mortali carne nō figebat. qm̄
ā exultauit vt gigas ad currēda viā di-
currēs d loco in locū vt susceptū ministe-
riū adimpleret. ⁊ tūc fixit ⁊ stabiliuit tab-
naculū. i. corp⁹ suū cū assūpt⁹ ē in celū se/
dens ibi ad dextrā dei pris ⁊ redescēs i pa
trimonialib⁹ patris bonis donec ponat in
imicos suos scabellū pedū suoz. Hec ita-
q; tria festa recte i euāgelio spūal'r celebra
mus. Nā iuxta psalmistā. xps captiuā du
xit captiuitatē qñ i pasca resurgēs victos
suos eduxit d lacu in q nō erat aqua. ascē-
dit in altū cuz in ascēsione exaltat⁹ est sup
celos celoz ad orientē. dedit dona hoib⁹
cū in pēthe. effudit d spiritussancto super
oēm carnē. Quarta vo feria p⁹ dñicaz de
passiōe est d encenijs put ibi dictū est i. vj
pte. Erāt quoq; ⁊ alie q̄ttuor solēnitates.
nō tm̄ ita solennes sic p̄cedētes vicz sabba
tū festū clāgor'. festū ppiciatiōis ⁊ neome
nia. Sicqdē apd hebreos neomenia dicta
est. qr fm lunarē cursū mēses suputabāt.
Nene grece luna vocat. inde neomenia.
id est noua luna. Apud nos vo neomenie
sunt kalende Erant em̄ aput hebreos ipi
dies kalēdaz ex legali institutiōe solēnes
Sane ⁊stantin⁹ impator ptes trāsmarias
petēs inuenit eusebiū cesarien. ep̄m viruz
sctissimū cui dixit. Pete a me vñ eccl'a tua
diteť. Ille vo respondit. Ecclesia mea sa-
tis abundat in diuitijs. sed rogo te vt mit
tas p partes mundi ⁊ noia sanctorū ⁊ tpa
passionū. ⁊ sub quibus ⁊ qualiter ⁊ i qui-
bus locis passi sunt rescribas. Quod fcm̄
est. Et refert Eusebi⁹ q quolibet anni die
plusq̄ quinq; miliū sanctoz festa concur-
runt. excepta die kalendarū ianuarij. q in
tendebant gentiles epulis ⁊ solennitatib⁹
nō ad martyrizandū sanctos. Et Hier. di
cit idem in epl'a q̄ suo kalendario preponi
tur. Vñ Greg⁹. di. Totus mūdus est ple
nus sctis. Et sil'r haymo dixit de angel. q
si qs creaturas spirituales videre posset.
videz eas ebullire in aere. sicut minimos
athomos in solis splendore. Et nō. q nul
lus ascribendus seu annumerandus ē ca/
cathalago siue numero sanctoz nisi p ro-
manum pontificem. ⁊ nisi facta prius cla-
ra fide de illius vita ⁊ miraculis. Dicitur
autē cathalog⁹ vniūsalis fmo a catha qd
est vniūsale ⁊ logos qd ē fmo. Et letania
siue kalēdariū in quibus enumeranť san-
cti p romanā eccl'iam aprobati dr vl'is ser
mo. Letez fm decretū ⁊cilij affricani. nl'
la memoria martyrū pbabilit siue solēni-
ter accipiat nisi aut vbi corp⁹ martyr' aut
certe relique sunt aut vbi fuit orīgo habi-
tationis vel possessionis illius. Nam alta
ria que p somnia ⁊ inanes quasi reuelatō-
nes quorūlibet hoim vbicunq; constituū
tur omnino reprobanť. Item statutū ē in
⁊cilio aurelian. q eps si infirmitate nō fu
erit impeditus eccl'ie cui fuerit prim⁹ pu-
ta epali die dominica deesse non dz. Que
aūt festiuitates celebrandi sint patet ex cō
cilio lugdun. in quo sic statutū ē. Dies do
minici feriandi sunt a vespa in vesperam.
Itē festū natalis dñi. sancti stephani. san-
cti Joh. euā. innocētū. sancti siluestri. cir-
cūcisiōis. theophanie siue epl'ie. pasca cū
tota p̄cedenti ⁊ sequenti hebdomadibus
rogationes cuz tribus diebus. ascēsio dñi
penthe. cū duob⁹ diebus sequentibus. sā
cti Joh. bapť. duodeci apl'oz. scti laurētij
festiuitates btē marie. oēs dies dñici. dedi
catio scti michael'. dedicatio cuiuslibz ora
toij. festū oīm sctōz. scti martini. ille festi
uitates. s. sctōz canonizatoz quas singuli
ep̄i in suis ecclesijs cū clero ⁊ pl'o decreue
rūt celebrandas. Reliquis vo festiuitati-
bus q̄ p annū sunt non sunt populi cogen-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

di ad celebrãdũ siue feriãdũ. nec ꝓhibẽdi
Quot psalmi q̃t rñsoria ⁊ q̃t lectiões ⁊ q̃re
in festis dicãt dictũ ẽ in. vj. pte sb ti. d̃ no-
cturnis. Quedã aũt festa dicũt in totum
duplicia q̃dã simplr duplicia. ⁊ quedã se-
miduplicia. Dicũt q̃dẽ duplicia i q̃busdã
ecclesijs ꝑ eo q̃ rñsoria tam maiora q̃ bre
uia ⁊ ꝓsus a duob⁹ cantant. ⁊ qr oia inci-
pienda a duob⁹ incipiunt. ⁊ qr antiphe in
matutinis ⁊ vespis duplant. dicũt em cõ
plete ⁊ añ psalmũ ⁊ p⁹ sic est festũ natalis
dñi. scti stephani ꝓthomartyris. scti iob.
euã. circũcisionis dñi. ephe purificatiõis.
annũciationis. resurrectõis ascẽsiõis. pẽ-
the. scti iob. bapt. apl̃oꝝ petri ⁊ pauli. scti
laurẽtij. assumptõis btẽ marie ꝓgis. nati-
uitatis eiusdẽ ⁊ dedicatõis basilice. Pre-
missa q̃dẽ sunt maiora duplicia festa. Mi-
nora aũt duplicia festa sũt. scda ⁊ tertia fe
ria infra octauas resurrectõis. Itẽ scda ⁊
rertia feria infra octauas penth. ꝓmemo-
ratio scti pauli apl̃i. octaua apl̃oꝝ petri et
pauli ⁊ assumptõis ⁊ q̃dlibꝫ festũ qd̃ vna
quecꝫ eccl̃ia duplex ordinauerit celebrari
Semiduplicia aũt festa sunt in q̃b⁹ p̃mis-
sa oino nõ obseruant. ꝗ tãtũ tertiũ sextuꝫ
⁊ vltimũ rñsoria cãtãt a duob⁹ nec incipit
a duob⁹ nec duplãt antiphe lꝫ ꝓsus ⁊ bre
uia rñsoria a dnob⁹ dicãt. Et sic ꝗ semidu
plicia festa scõꝝ. andree. nicolai. lucie. tho
me apl̃i. innocentũ. octaua ephie. agnetis.
ꝓuersiõis scti pauli. agathe mathie cathe
dra scti petri. gregorij. augustini ambrosij
hieronymi. philipi ⁊ iacobi. marci euan.
inuẽtõis sctẽ crucis. reuelatõis scti micha
elis. octaua ascẽsiõis. iob. añ portã latinã
barnabe apl̃i. octaua scti iob. bapti. marie
magdalene. iacobi apl̃i. petri ad vincula.
octaua scti laurentij. bartholomei. decol-
latio scti iob. bapti. octaua natiuitatis btẽ
marie. exaltatõis sctẽ crucis. mathei. luce
symonis ⁊ iude. martini. cecilie. katherie
⁊ alia ꝑm ꝓsuetudinẽ cuiuscunq̃ ecclesie.
Sane iõ hec varietas circa festa fuatur.
qm̃ sic ꝑm apl̃m stella differt in claritate a
stella. sic etiã erit resurrectõ mortuoꝝ. Cũ
g̃ ꝑm btm̃ dionysiũ eccl̃iastica hierarchia
repꝛesentet aliqualit̃ in suis actionib⁹ seu
ordinationibus celestẽ hierarchiã in q̃ sci
ꝑm diuersitatẽ meritoꝝ suoꝝ disponũtur
ideo ad h̃ repñtandũ varietas diuersorũ
officioꝝ in nr̃a eccl̃ia repit. Que igit festa
in totũ duplicia. q̃ simplr duplicia. ⁊ q̃ se-
miduplicia dici debẽt. liquido pꝫ ꝑm mi
sticũ intellectũ. Nã ꝑm sctõs visio dei erit
p̃miũ oim btõꝝ. Que quidẽ visio erit ma
ior vel minor i oib⁹ ꝑm q̃ h̃ positi magis vl
minus in charitate que est radix oim meri
toꝝ ꝓfecerũt. Verũtm̃ sunt q̃dã spãlia me
rita. ꝑm q̃ aliq̃ specialia p̃mia habentibus
alia merita. in futura glia ꝓferent. vñ spe
ciale p̃miũ supra essentialia reddet marty
rib⁹ doctorib⁹ ⁊ virginib⁹. qd̃ p̃miũ aure-
lea dr. ita q̃ q̃tuꝫ ad h̃ aliq̃ scti duplex ha
bebũt p̃miũ. s. essentiale qd̃ dr dei visio. et
accidẽtale. s. aureolã. ⁊ ꝑm hec festa sctõꝝ
pñt dici maiora vel minora. s. in q̃b⁹ p̃mio
rũ rõnes magis vl min⁹ repiri pñt. Qr igit
btã ꝓgo int oẽs sctõs sublimiori p̃mio po
tit q̃tũ ad p̃miũ essentiale. ⁊ rõnes etiã ac
cidentaliũ p̃mioꝝ sibi cõpetũt. ideo ei⁹ fe-
stũ totũ duplex dr eẽ. Sic est etiã i festiui-
tatibus ad honorẽ xpi statutis. Quia ꝓo
post eos angeli ꝑm obtinẽt locũ. ⁊ p⁹ illos
apl̃i ⁊ martyres. ⁊ post ipos alij. iõ ꝑm eo
rũ plura vel pautiora essentialia ⁊ accidẽ-
talia p̃mia: ipoꝝ festũ vl totũ duplex vl se
miduplex vel simplex dr ab eccl̃ia militan
te q̃ vestigia triũphãtis imitat cõformiter
celebrari. Quãdoq̃ ꝓo alia ꝓsideratõe di
cunt festa duplicia. qñ vicz eadez die duo
festa ꝓcurrũt. ⁊ tũc min⁹ cedit maiori. Nã
die illa d festo excellẽtiori officiũ celebrat.
⁊ de minori fit solũmodo cõmemoratõ ⁊ il
lius officiũ ad diẽ sequẽtẽ reseruat sic fit d
btis petro ⁊ paulo. Si g̃ eadẽ die plura fe
sta ꝓcurrãt ⁊ oẽs sunt martyres illi⁹ q̃ int
eos maioris erit nois officiũ celebrẽt. Si
ꝓa alter cõfessor ⁊ alius martyr vl martyr
res si cõfessor maioris sit nois q̃ martyr. l
priuilegiatus vt btũs martinus. ⁊ cui⁹ ge
neraliter officiũ instituit eccl̃ia. dicẽdũ est
officiũ d cõfessore ⁊ cõmemoratio faciẽda
est de martyre. sinaũt. celebrãdũ est d mar
tyre. Itẽ si festũ andree venerit in ꝑma do
minica de aduẽtu. fiet in scda feria de sctõ
andrea. Idẽ etiã dicim⁹ de quolibet festo
etiã apl̃oꝝ ⁊ martyrũ. si occurrit in premis
sis dñicis ꝑuilegiatis. Itẽ si festũ hñs vi-
giliã cõtingit in scda feria. celebrat officiũ
d vigilia ⁊ iciunat in sabbato antecedẽte.
Si aũt i q̃cunq̃ alia dñica a priuilegiatis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

id ē. q̃bus historie appropriate inueniunt euenerit festū apli. vel alicui⁹ ꝓcipui martyris vel alteri⁹ sancti q̃ ꝓpriuz habeat officiū attendendū ē vtrū sequēs hebdomada siue singuli dies ipius ꝓpriuz habeat officiū qd si hz fiet officiū de dñica ⁊ festū sancti fiet in scda feria. Si vo non habet fiet officiū de festo in dñica. ⁊ officiuz dñice fiet i scda feria. ⁊ sic dñica qñq; cedit festo qñq; econuerso. Circa vigilias sctōr q̃re sic vocant ⁊ vñ ortū habuerūt dictuz est in. vj. pte sub q̃rta feria tertie hebdomade aduent⁹. Dozro circa festa q̃ i septuagesima seu in tpe passionis siue añ illud occurrūt. sicut ē festum sancte agathe. cathedra sancti petri. sancti mathie. annūciationis dñi. festū sācti gregorij. festū etiaz patroni cuiuslibet eccl'ie si acciderit vl'anniuersariū illi⁹ vel pasca alicui⁹ annotinū generaliter dicim⁹ q; cātica laudis. s. Te deū laudam⁹. Gl'ia i excelsis ⁊c. ⁊ ite missa ē in illis debēt cātari ⁊ oia q̃ cātarent in illis. si in alijs tpib⁹ ꝓtingerent ꝑter all'a. qm festa hmōi ad tps pasce pertinere noscunt. Sz q̃re nō dz tunc all'a sicut alia cātica leticie. Rñdeo qz illud ē magis cantū leticie q̃z alia q̃ sūt magis obsecratiōes seu grarūactiones q̃z cātica leticie. lz etiaz in illis sit aliqua leticia p̃sertim i cātu. Si vo apponat q; gl'ia in excelsis qd ē ꝓpriū natalis dñi ⁊ ite missa ē. qd est laus seu cātiū resurrectiōis. ⁊ te deū laudamus. qd significat leticiā ꝓ dragma inuenta nō debēt in festo annūciatiōis dñi cātari. ꝓ eo q; p̃missa in aduētu dñi nōdū sua tpa habebāt. qz dñs nōdū ea i reb⁹ humanis fuerat ꝓsecut⁹. Rñdent q̃ solennizare ꝓtendūt q; b festū ē oiuz festorū xpi q̃si fons et origo seu initiū. qm ⁊ si natale dñi vel passio vel inuētio dragme nōdū erat in re vel in tpe. habebāt tm in spe. qm in spe eorum ꝓdigia p̃cedebāt. Annotinū pasca vocat qñ aliq̃s die q̃ baptizat⁹ ē celebrat annuatim qd forte sumit a gentilib⁹ q̃ diem in q̃ ad miseriaz nascebant nataliciū obseruabāt. in q̃ celebratiōe officiū pasce debet cātari ꝑter all'a si in tpe quadragesime ꝓtingat. Et nota q; b tria scz Te deum laudamus. Gl'ia in excelsis. ⁊ Ite missa est. sese cōcomitant. ⁊ est ratio. Naz gl'ia in excelsis: significat illud ineffabile gaudium qd angel⁹ pastorib⁹ nūciauit dicēs: Annūcio vob gaudiuz ma. qz natus est vobis hodie saluator. Ite missa ē. qd ē dictū. ite ad ꝓpria missa ē cōsūmata. designat accessū pastor ad locū natiuitatis xpi dicentium ad invicē post angelicam annūciationem Transeam⁹ vsq; bethleē ⁊ videam⁹ b verbū qd factū est. Quia ergo post annūciationē angeli secut⁹ ē pastor accessus. ido merito qñ sacerdos dicit. Gl'ia in excelsis i quo p̃dictū angelū rep̃sentat. debet etiā dici. Ite missa ē. Siliter ⁊ qñ hec duo dicunt vel omittunt. Te deuz laudam⁹ ad nocturnos dz vel omittit qm ibi gaudiuz ⁊ laudes celi ⁊ ̃re creatoris ⁊ creature capitis ⁊ ministror designāt. Sicut ⁊ i gl'ia in excelsis celū ⁊ terra creator ⁊ creatura caput ⁊ mēbra. cuz laude ⁊ gaudio nominant. imo fere oia q̃ ibi implicite ꝓtinent b explicite ponunt. merito igit quando illud dz b non debet omitti. Verūtm nō sp p̃missa se cōcomitant. Naz in festo cathedre beati petri etiā si occurrat in q̃dragesima q̃dam eccl'ie dicunt. Te deū laudam⁹ ceteris laudib⁹ tacitis. qz b cantico vti solem⁹ ad intronizādos in sedes suas. ⁊ beatus petrus ea die fuit in cathedra antiochena intronizat⁹ Ite in cena dñi dz Gloria in excelsis. ⁊ ite missa est. si eps assit et chrismatis celebret officiū. ⁊ i sabbato sācto dicit. Gloria in excelsis. b non ite missa est. In ipis tm dieb⁹ non dicit Te deuz laudam⁹. Ite in die natiuitatis dñi dicit Gl'ia in excelsis in ꝑma missa. b ite missa ē non dz ne pl's licentiatū se credēs. non audito matutino discedat. Et ꝓpter b etiaz q̃dam tunc reseruāt finalem collectā ꝑme misse donec matutine expleant cōcludentes postea missam sub bñdicam⁹. Sz alia ratio ponit in q̃rta pte sub ti. de oratione nouissima. Scdam etiā missam eodē modo finiūt. In q̃busdam tm ecclesijs dz tūc. Ecce cōpleta sunt oia. nec datur pl's licētia recedendi vt sciat se debere tertiā missam audire. in q̃ demū dz. ite missa est. In ecclesijs aūt in q̃bus fit officiuz ambrosianū in tpe quadragesime nullius sancti festiuitas celebrat. sed tm cōmemoratio fit. ⁊ idip̃m antiqua decreta in alijs ecclesijs fuari iubebāt. ⁊ antiquit⁹ cōiter sic fiebat In illis quoq; ecclesijs prius sacrificatur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

euangeliū canteť. De officio festoꝝ q̃ tpe aduent⁹ occurrūt dictū ē in. vj. pte in ti. ō tpe aduent⁹. De festis ꝓo a resurrectione vsq̃ ad octauā pente. hec regula generaliter in q̃busdā ecclesijs ꝓuať. q̃ in oib⁹ sanctoꝝ festis canit historia. Beat⁹ vir. Hec in aplis martyrib⁹ ꝓfessorib⁹. ⁊ ꝓginib⁹. hec in vno ⁊ i plurib⁹ frequētať. Ulr eni iste beatus xp̃s ē. ꝯm regulam ciconij. caput ⁊ mēbra. Hic ē eni martyr de quo dr i antiphona. Filie hierlm. quē caput coronauit dñs stola imoralitatis in ꝗ tpe solēnitatis ⁊ leticie. et ꝯm mēbra postea coronabit i illo tpe qd̄ p istud significať quod erit eternitatis ⁊ glie. Hic ē q̃ loquit in officio. qd̄ ꝗ tpe frequentať scz Protexisti me de⁹. Hic ē vitis vera ⁊ sancti sunt palmites. sicut dr in euāgelio. Ego sum vitis ꝓa Joh. xv. c. qd̄ siliter ꝗ tpe frequentať Et ꝯm p̄missa ptz q̃ etiā in festo duoꝝ vel pluriū sctōꝝ dz dici in p̄dicta antiphona. Filie hierlm venite et videte martyrē scz xp̃m. ⁊ nō martyres. et alia i plurali sicut faciūt q̃dā Frequētam⁹ aūt ꝗ tpe i festiuitatib⁹ sanctoꝝ idēptitatē officioꝝ eo q̃ in suo significato idē erit denari⁹ oiuz. et qz tūc glorificati erim⁹ vnū cuz xp̃o ꝗ tēpore glorificato. Sz q̃ritur q̃re in tpe pascali nō celebram⁹ festa sanctoꝝ q̃ cuz xp̃o resurrexerūt vel cū eo celos ascēderūt. Debem⁹ eni de illoꝝ glorificatiōe gaudere et solēnizare sicut ⁊ de alijs sanctis. cū certi simus eos celos ascēdisse. Rñdeo ido nō solennizam⁹ qm̄ ad inferos descēderunt. solennizam⁹ eni sctōꝝ natalicia qñ videlz celo nati sūt. vt p̄missum ē nō qñ inferno. ō q̃ dictū ē in. vj. pte sub pasceue. Potest etiā dici q̃ de glorificatiōe illoꝝ in aia i pasca vel saltē in ascēsione festare deberem⁹ sed nō possum⁹ ꝓpter autoritatē officioꝝ illoꝝ dierū. Obumbrareť eni solēnitas illoꝝ autoritate maiorīs solēnitatis. qz adueniēte p̄ncipe cessat magistrat⁹. Et ideo statutū fuit vt p alia tpa anni dieb⁹ q̃bus eis dedicate fuerint ecclie festa illoꝝ cēlebrēť Uel ꝯm bedā in dedicatiōe ecclie in q̃ nouem lectiōes dicūť fit festū de illis. sicut ⁊ festū beati iobis bap. fit ad finē augusti. q̃ tñ circa pasca mortu⁹ fuit. ⁊ festū beati iacobi cōpostelle in iulio. q̃ tñ fuit tpe pascali occisus. Beat⁹ q̃z petr⁹ aplis fuit incarcerat⁹ ꝗ tpe. Facta ē eni p̄dictoꝝ festoruz mutatio. qz tanta erat festiuitas principis oiuz q̃ non poterāt tūc celebrari solēnitates satellitū. iuxta illud Aede maiori. Uerūtñ festa sctōꝝ veteris te. vt abraā ysaac dauid. danielis. ⁊ alioꝝ p greciaz ⁊ apud venecias coli dicūť. ⁊ ibi habere ecclias. De machabeis dr put sub ipo festo diceť

Circa octauas notandū ē q̃ octauā diē leuitic⁹ liber insinuat dicēs: Dies octau⁹ erit celeberrimus atq̃ sanctissim⁹. Sane octaue sanctoꝝ ido celebranť. qz sicut primus dies significat natiuitatē eoꝝ scz q̃liter nascūtur celo ⁊ in societatē angeloꝝ et sctōꝝ patꝝ qñ aie eoꝝ a corpibus sepanť ita in octauis recolētes resurrectionē corpoꝝ cōgratulamur resurrectioni eorū Et attēde q̃ quorūdā sctōꝝ celebrāť octaue. ne ꝗ mysterium lateat. nō aūt oiuz ne vile scat. Si eni nō valem⁹ oia festa celebrare sctōꝝ quātomin⁹ octauas eoꝝ. Si igitur alioꝝ sanctoꝝ octaue solēnes sūt. quanto magis sancti sctōꝝ scz dñi natiuitatis octaua solēnis erit. Uidetur autē q̃ natiuitas dñi nō habeat octauā. qz illa tendebat ad mortē. Obitus eni sctōꝝ ido hñt octauas qz tūc ipi nascunť ea natiuitate q̃ est ad vitam eternā. Post illā eni natiuitatē que ē in morte sperāda est glia resurrectionis q̃ dať in octaua non post natiuitatē q̃ est ad mortē. Scōm ꝗ etiam videť q̃ natiuitas beate marie natiuitas beati iobis baptinō habēt octauā nec etiā resurrectio dñi i qua dñs recepit stolaz corpis q̃ generaliť oibus fidelib⁹ dabiť in octaua. iā eni ipsa dñi resurrectio facta erat in re. Quia igiť diuerse ecclie in diuersis festiuitatib⁹ octauas celebrāt. ideo ne illas rep̄hendere videamur dicim⁹ q̃ duplex est octaua scz reuerentie siue veneratiōis siue deuotionis ⁊ institutiōis. Octaua reuerētie ē festiuitatū pasce pēte. natiuitatis beate ꝓginis. ⁊ bti iobis. Celebrāť eni octaue eoꝝ p sola deuotiōe nō p alio mysterio Octaua etiā deuotiōis ē in sancti patronis ecclia ⁊ i sancto nicolao ⁊ in maria magda. ⁊ filib⁹ q̃ octauas nō habēt. ꝗ q̃dā ecclie ob deuotionē eas faciūt Octaua ꝓo institutionis q̃dripta ē. qz est octaua sig̃ficatiōis suppletiōis. alteri⁹ negocij significatiōis ⁊ future glorificatiōis. Octaua significatiōis

est vt octaue sctōꝝ vigilias habētur. ⁊ festi dedicatiōis eccl̃ie. qd̄ fit i signū q̄ dedicabit eccl̃ia. i. extrema ⁊ plenissima dedicatiōe dicabit tūc. i. copulabit xp̄o. dicere enī ē copulari. Et octaue martyruz. qz ipi p ea q̄ passi sūt ⁊ ex eo q̄ hāc vitam p nihilo habuerūt ostēderūt q̄ erat vita immortalis. Vñ octaue innocētum dici pnt octaue significatiōis. quia p eas resurrectio nr̄a significat put sb festo illo dicet. ⁊ etiā octaue beatoꝝ petri ⁊ pauli ⁊ q̄rundā sctōꝝ q̄ significāt stolā scdāz scz glorificationē. quā i octaua etate habituri sunt. Hz q̄re ob silez etiā cām nō celebrat octaua passiōis dñi. Sic enī xp̄s q̄ est sol iustice nat̄ ē nō ppt se ⁊ vt lux nr̄is mētib̄ q̄ eram̄ in tenebris appareret. sic etiā baptizat̄ ē non ppt se ⁊ vt nr̄a pctā lauaret. sic mortu̅ ē non ppter se vt nos moreremur pctō p qd̄ nos liberaret a morte. Rñdeo ido qz supueniēs festū leticie obumbrat ⁊ abolet cōmemorationē tristicie. Preterea lz reddat rō q̄re p̄misse octaue fiāt ñ tñ vsq̄quaq̄ in silib̄ exigit q̄ octaue fiāt. Nā xp̄s fuit circūcisus carnalit vt circūcidamur spūaliter. ieiunauit vt ieiunem̄. pedes lauit vt lauem̄. nec tñ octauā istoruz aut similiū celebram̄. Hz et octaue sctōꝝ ob causam dissimilē celebrāt vt p̄missū ē. Rursus dissimilē hz cām octaua paschalis solēnicat̄ cui nō fit octaue misteriū. Octaua tñ addit ppt octo beatitudines q̄ in illa solēni octaua pcipiūt put dictū ē ibi. ⁊ etiā octaua pēte. q̄ ⁊ ido celebrat vt opez spūsācti ꝛsūmatio declaret. Est enī oiuz octauarū rō generalis qz scz octaua redit ad caput qd̄ ⁊ de beatitudinib̄ i libro de doctrina xp̄iana asserit Auḡ. Idēq̄ dies p̄mus ē ⁊ octau̅ scz dñic̄. ⁊ ido resurrectio dñi dr facta i octaua. i. in die dñica. Idcirco igit observat celebritas octauarū vt reuertamur ad p̄mū innocētie statū in cui̅ innocētie recordatiōe i octaua die circūcisio agebat vt mens circūcisa fieret ab oi carnali cōtagione. Octaua supplectionis ē octaua natiuitatis dñi. qz i ea supplem̄ qd̄ min̄ factū ē in festo natiuitatis. qz enī i natiuitate multū actum ē de ptu ⁊ paz de pturiēte. ido in octaua plen̄ agit de pturiēte qd̄ apparet i rñsoriis ⁊ in antiphonis laudū ⁊ i diurno officio ipi̅ octaue. Et ob silez etiam cām celebrat octaua epp̄ie. Octaua alteri̅ rei significatiōis ē siliter octaua natiuitatis put ibi dictū ē ⁊ octaua agnetis. i ea enī repnitat q̄ beata agnes octaua die visa ē gloriosa a q̄busdā fidelib̄ put sb ipo festo dicet. Octaua future glorificatiōis ē vt octaua obit̄ cuiuslibet sancti. Itē nō q̄ tātū beat̄ stephanus ⁊ laurēti̅ hnt iter martyres octauas institutiōis. sol̄ xo. b. martin̄ iter ꝛfessores. De octauis pasce et ascēsiōis ⁊ natalis dictū ē in. vj. pte sub tit. de pasca. Licz aūt regularit in octauis festiuitatū fiat in missa officium sic in ipis festiuitatib̄ p eo qz octaua eadē dies cū ipo festo censet. ꝫ tñ fallit i octauis aplōꝝ petri ⁊ pauli in q̄bus dr officiū de martyrib̄. Licet enī vna ⁊ eadē die ambo passi fuerint nō tñ eodez die de vtroq̄ i eccl̃ia solēnizat put sb eoꝝ festo dicet. ideoq̄ vtriusq̄ officiū neq̄t in octaua fieri cū vnā die dūtaxat ambo habeant p octaua. optuit q̄ q̄ in eoꝝ octaua aliqd̄ cōe officiū inuenire. ⁊ ido qz eoruz martyriū maximi fuit meriti. officiū dr d̄ martyribus. q̄ruis ⁊ de vtriusq̄ p̄cipuis actib̄ mētio in ipo officio habeat. Fallit etiā ꝫ in octauis beati laurētij in q̄ tria p̄cipue valde cōmēdabilia fuerunt. videlz pietas i elemosynis. firma stabilitas i fidei ꝛfessione. ⁊ martyriū spēale. De p̄mo agitur i vigilia. de scdo in festo. ⁊ ido d̄ tertio agi oportuit i octaua. Veruz lz ecclīastica officia ab aduētu dñi qd̄ ē tp̄s renouationis inchoari i phemio. vj. ptis dixerim̄ in hac tñ pte simplici̅ incedētes kalendariū psequemur a mēse ianuarij. inchoando. de aliqb̄ anni festiuitatibus seriatim aliq̄ spēalia apponētes videlz. De sctis fabiano ⁊ sebastiano De sancta agnete De ꝛuersiōe sancti pauli De sctō iuliano De sancta agatha. De purificatiōe btē marie De cathedra sācti petri. De annūciatiōe beate marie De sanctis philipo ⁊ iacobo. De inuētiōe sancte crucis. De reuelatiōe scti michaelis. De sanctis gerualio et prothasio. De sctō iohe bap. De sanctis petro et paulo. De maria magdalena. De festo septē fratrū. De sctō iacobo aplo De septē dormiētibus. Ad vincula sancti petri. De machabeis De inuē

tione sancti stephani. De trāsfiguratio ne dñi. De sancto laurētio. De assūptione btē marie De sctō bartholomeo De decollatiōe sancti iohis. De sanctis felice et aducto. De natiuitate btē marie. De exaltatiōe sctē crucis De sctō mattheo apl'o. De sāctis mauricio ⁊ socijs suis De beato luca De simone ⁊ iuda. De festo oiuz sctōꝝ De officio mortuoꝝ. De sanctis q̄ttuor coronatis. De sctō martino. De sctō andrea. De sctō nicolao. De venerabili beda p̄sbro. De sctō thoma apostolo De festis sctōꝝ stephani. iohis euangeliste. ⁊ innocētū. De apl'is. De euangelistis. De martyrib'. De ꝯfessoribus. De virginibus De officio festi dedicationis eccl'ie.

De sanctis Fabiano ⁊ Sebastiano

In festo beatorū fabiani et sebastiani duplex collecta i q̄busdā ecclesijs i missa d'r ⁊ insolito more vtraq; vno ꝑ dñz nostrum terminat'. Tū q'r ip̄o vnico dei filio ih̄u xp̄o mediāte ambo ad palmaz martyrij ꝑuenerūt. Tum etiā q'r lz diuersis passi fuerint tēporib'. eccl'ia tñ ꝓpter ingentia vtriusq; merita vtriq; ꝑiter ⁊ p̄ncipaliter solēnizat. ⁊ vtrāq; collectā vno eodēq; fine ꝯcludit.

De sancta Agnete.

Festum beate agnetis caret octauis scz institutionis hz tñ octauā alteri' negocij significatiōis vt iā dictū ē i ꝓhemio Qd̄ ḡ d'r in kalēdario agnetis scd̄o. nō d'r ꝓpter h̄ q̄ illd̄ sit festū octauarū eiusdem nec i eccl'ia ꝓnunciat' nec i kalendario scribit' octaua. s̄ ē alia solēnitas d̄ eadē repetita. ꝓpt' miraculū q̄ddaz qd̄ octaua die p' ei' obitū ꝯtigit ad tumulū illi' parētibus suis plorantib'. Intelligit' ergo agnetis secūdo scz festo. Unde meli' diceret' secūdo agnetis. De hoc etiā dictuz ē sub q̄rta ꝑte sub simbolo. Quia v̄o p̄fecti fili' eam adamauit. ido recte in ei' festo cantat' introit'. Me expectauerūt pctōres ⁊c̄.

De cōuersione sancti Pauli.

Conuersio sācti pauli apl'i facta ē eodē anno q̄ xp̄s passus ē ⁊ steffanus lapidat' anno q̄dē nō naturali s̄ emergēti Nā xp̄s passus est octauo kal'. aprilis. stephanus eodez āno tertio die augusti lapidat' ē. Paul' v̄o. viij. kal'. februarij ꝯuersus ē Eius aūt ꝯuersio poti' q̄ꝫ alioꝝ sctōꝝ celebrat' triplici rōne. Primo ꝓpt' exēplū. ne q̄sq̄ꝫ quātūcunq; peccator desperet de venia. qñ tm̄ in culpa cōspicit postmodū talem fuisse in gr̄a. Scd̄o ꝓpt' gaudiū. sicut eni eccl'ia magnā habuit tristiciaz in ei' ꝑsecutione ita maximā habuit leticiā de ei' ꝯuersione. Tertio ꝓpter miraculū quod dñs in eo ostēdit dū de seuissimo ꝑsecutore fecit fidelissimuz p̄dicatorē. In h̄ festo d'r epl'a. Saul' adhuc. q̄ est Act'. ix. ca. Et euāgeliū. Dixit simon petrus ad ih̄m. qd̄ ē Mat. xix. c. Dicit' ⁊ ad horas capitulū Erat q̄dā discipulus. Act'. ix. ca.

De sancto iuliano.

Iulianus iste cui' festum fit. v. kal'. februarij fuit ep̄s cenomaneñ. q̄ simon ille fuisse d'r. quē dñs a lepra mundauit. ⁊ q̄ deū ad ꝯuiuiū inuitauit. Hic etiā d'r eē ille iulian' q̄ ab itinerantib' ꝓ inueniendo bono hospicio inuocat'. eo q̄ i domo eius fuit dñs hospitat'. Alij dicūt q̄ ille est q̄ patrē ⁊ matrē occidit de q̄ seq̄t'. Fuit q̄z ⁊ ali' iulian' de alemania q̄ desiderio martyrij se vltro ꝑsequētib' offerebat. Unde crispin' cōsolaris iussit eū occidi. Qd̄ ip̄e iulian' audiēs statim foras ꝓsilijt et q̄rēti sponte intrepidus se opponēs ꝓtin' ictum ferientis excepit. Fuit insuꝑ ali' iulianus frater beati iuliani q̄ tēpla idoloꝝ ꝑmissu theodosij imꝑatoris vna cū fratre destruebat. ad cui' v̄bū hō viuus suꝑ plaustrū mortuū se fingēs mortu' ē. Fuit etiā q̄rt' iulian' q̄ vtrūq; ꝑentē nesci' occidit. sed post multā pniaz sub specie mēdici leprosi recepit i domo sua angelū. a q̄ audire meruit. q̄ dñs suam pniaz acceptasset. Fuit etiā q̄nt' iulian' nō sanct' sz apostata sceleratissim'. Primo eni monachus fuit deinde imꝑator roman'. vt dicet' sub festo inuentionis sancte crucis.

De sancta Agatha.

b Beata agata p⁹ multa tormēta ī carcere mortua ē. ad cui⁹ caput in tumulo posita ē visibiliter tabula ꝑ angeli ministeriū. in qua scriptū erat. Mētē sanctā spōtaneā. honorē deo ⁊ patrie liberationem. ideoq; ꝯsuetudo inoleuit cū tabula ei⁹ imaginē ꝯtinēte fieri ꝓcessionem.

De purificatiōe beate marie ꝟginis.

